



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118650**

§. 49. Edictum Mense Julio editum circa Sacrum fœdus adversus  
hæreticos.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](#)

**Sæcul. XVI.**

A. C. 1588

dam Urbium, quæ Sectariis pro receptaculo erant, patrocinium deferat. XI. Bona Sectariorum sine fraude quam primum publicentur, ac pecunia ex iis proveniens in belli sumptus expendatur. XII. Duo omnino exercitus instruantur, quorum primus in Pictones Duce Guisio per Regis absentiam, ac alter in Allobroges Duce Maduano sine mora mittatur.

Postea Rex Carnuto Rothomagum contendens Thuanum Præsidem eo præmittebat, ut is hujus Urbis Senatum, civesque Regi suo conciliaret, qui etiam ad preces Joannis Emerii Villerii, qui apud Rothomagenses ipso Thuano majori auctoritate pollebat, solemnem Legationem decernebant, Regi supplices, ut ipsorum urbem accedere vellet: ergo Rex Rothomagum ingreditur, ibidemque Villaregium Fœderatorum mandatis instructum excipit: mox vero horum postulata, prout Guisius Dux a Rege postulaverat in Senatu, fuere examinata.

§. XLIX.  
*Edictum Mense Julio editum circa  
Sacrum fædus adversus  
hæreticos.*

*Thuan. l. 91. Davil. t. 1. l. 9. p. 616.* Ceterum in articulis, qui inter Reginam Matrem, Borbonium Cardina-

dinalem, & Guisium Ducem die vigesi- **Sæcul. XVI.**  
ma prima Julii sanciti fuerunt, præ- **A.C. 1588.**

cipue statuebatur, ut pro hæresi peni-  
tus e Regno eliminanda edictum unio-  
nis fieret: eapropter paucis post diebus  
eiusmodi edictum concipiebatur, cuius **Spandan.**  
summa sequens est, ubi Rex ita loqui- **hoc ann.**  
tur: „cum haud ignorem, me maxi- **Mem. de la**  
mis, ac specialibus titulis Deo Crea- **lig. tom. 12.**  
„tori meo esse obstrictum, cuius bene-  
ficientia nobilissimum totius Universi  
„Regnum, sceptrumque adeptus sum,  
„ubi sancta Filii sui Salvatoris, ac Re-  
„demptoris nostri Jesu Christi fides jam  
„ab Apostolorum ætate fuit annuntiata,  
„& per ejus gratiam in omnium Regum  
„meorum Prædecessorum, ac subdito-  
rum cordibus conservata, quippe im-  
motum exhibuerunt studium, ac fer-  
vorem erga nostram sanctam Catholi-  
cam, Apostolicam, & Romanam Re-  
ligionem, pro qua jam a teneris an-  
nis lubentissime propriam meam vitam  
„in omnibus subinde occurrentibus pe-  
riculis exposui, atque etiamnum a  
„primo Regni mei exordio conceptum  
„hoc animi mei propositum conservare  
„studui, nec unquam ab hoc studio re-  
cessi, cum veræ fidei conservationem  
„longe magis, quam ipsam vitam, ac  
„diuturnum Regnum cordi habeam. „

Ea-

**Sæcul. XVI.** „Eapropter Regis Christianissimi, ac  
A.C. 1588. „primi Ecclesiæ Filii officia, in memo-  
 „riam revocans, ratum, fixumque ha-  
 „beo, quatenus sepositis omnibus aliis  
 „commodis adjuvante Deo circa Reli-  
 „gionis Catholicæ negotia solidam, fir-  
 „mamque tranquillitatem pro toto vitæ  
 „meæ tempore procurare valeam, ut  
 „tunc, quando Deo me ad suum tribu-  
 „nal evocare placuerit, coram divino  
 „eius conspectu comparere valeam, cer-  
 „tus, quod nihil eorum prætermiserim,  
 „quibus præpedire potuisse, ne post  
 „obitum meum in Regno meo quicquam  
 „in Religione Catholica immutaretur.  
 „Hac ex ratione præcipio, ut omnes  
 „mei subditi Religione Catholici, cuius-  
 „cunque dignitatis, Status, & condi-  
 „tionis fuerint, suam mihi operam jun-  
 „gant, ad stabiliendum hoc opus adeo  
 „necessarium, tamque Deo acceptum,  
 „nam illud unice ad sanctæ Religionis  
 „nostræ conservationem collimat, ut  
 „sicuti animæ nostræ eodem pretio per  
 „Christi Domini nostri sanguinem re-  
 „demptæ sunt, ita & nos, omnesque  
 „nostræ Posteri in eodem corpore in ipso  
 „simus. Hæc cum jam dudum con-  
 „fideraverim, hinc juxta prudentissima  
 „colendissimæ Matris meæ, Principum,  
 „ac Senatus mei Procerum consilia vo-  
 „lui, statui, ac decrevi, imo & nunc  
 „volo,

„volo, statuo, ac decerno, ut sequen- **Sæcul. XVI.**  
 „tes articuli veluti inviolabilis Regni **A.C. 1588**  
 „mei lex observentur.

I. „Juramus, ac juramentum in ne-  
 „stra inauguratione præstitum innova-  
 „mus, quod in Catholica, Apostolica,  
 „& Romana Ecclesia vivere, ac mori,  
 „illiusque augmentum procurare, om-  
 „nesque vires, & media etiam cum pro-  
 „priæ vitæ nostræ dispendio integra fi-  
 „de impendere velimus, quatenus e  
 „Regno, nostræque jurisdictionis Pro-  
 „vinciis, & ditionibus omnia schisma-  
 „ta, & hæreses a Sacris Conciliis, &  
 „præcipue Tridentino damnatæ elimi-  
 „nentur, quin unquam ullam pacem,  
 „vel inducias hæreticis indulgere, aut  
 „ullum edictum in eorum favorem edere  
 „velimus.,,

II. „Volumus, & mandamus, ut  
 „omnes nostri subditi, Principes, Pro-  
 „ceres tam Ecclesiastici, Nobiles, Ur-  
 „bium, & agrorum incolæ, quam alii,  
 „cujuscunque status, aut conditionis  
 „sint, hac in caussa suas vires nostris  
 „jungant, & pari jurejurando se obstrin-  
 „gant, spondentes, se omnes suas vi-  
 „res, & media nobiscum etiam cum  
 „periculo vitæ suæ impensuros ad de-  
 „structionem, eorumque hæreticorum  
 „exterminium.,,

III. Pa-

**Sæcul. XVI.** III. „Pariter juramenti Religione  
A.C. 1588. „nos obstringimus, & promittimus,

„quod nunquam, quamdiu vita supersti-  
 „perstites erimus, hæreticis favere  
 „velimus, hinc etiam præcipimus, & vo-  
 „lumus, ut omnes nostri subditi nunc  
 „& semper jurent, ac policeantur, quod  
 „tunc, si nos mori contigerit absque  
 „prole mascula, nullum Principem  
 „hæreticum, vel de hæresi suspectum  
 „tanquam Regem suum agnoscere ve-  
 „lint.

IV. „Declaramus, ac spondemus,  
 „quod ad officia militaria intra Regnum  
 „nostrum nullos, nisi Catholicos, ac  
 „palam Religionem Catholicam, Apo-  
 „stolico - Romanam profidentes nomi-  
 „nare, atque promovere velimus, hinc  
 „severe inhibemus, ne ullus ad civilis  
 „administrationis, vel ærarii munia-  
 „intra Regnum nostrum assumatur, nill  
 „prius Orthodoxiam suam manifesto  
 „specimine per Episcopi, vel cuiusdam  
 „Vicarii Generalis testimonia compro-  
 „batam reddiderit, & desuper decem  
 „testes, ac Viri idonei, non autem su-  
 „specti suum testimonium dederint: vo-  
 „lumus insuper, ut hæc lex nostra ab  
 „omnibus nostris Ministris, ad quos  
 „eiusmodi promotiones pertinent, in-  
 „violata fide servetur, & quidem sub  
 „pœna privationis sui Officii.,,

V. Ju<sup>o</sup>

V. „Juramus etiam, & promitti- Sæcul.XVI.  
 „mus omnibus nostris subditis ita nobis- A.C.1588.  
 „cum unitis, ac conjunctis, prout de-  
 „super eis mandavimus, quod eos ha-  
 „bere, ac tueri velimus, veluti pium  
 „Regem decet erga suos fideles, fidos-  
 „que subditos: præterea spondemus,  
 „quod omnes illos, qui nos comitabun-  
 „tur, atque obsequia præstabunt, seque,  
 „ac bona sua nostro jussu contra præfa-  
 „tos hæreticos, eorumque fautores ex-  
 „ponent, totis viribus nostris defende-  
 „re, ac protegere velimus, nec minus  
 „etiam cunctos jamjam inter se fœdere  
 „junctos, quam ceteros, uti promitti-  
 „mus, ab omnibus violentiis, & oppres-  
 „sionibus, quas prædicti hæretici, eorum  
 „fautores, vel illis adhærentes adver-  
 „sus istos moturi sunt eo obtentu, quod  
 „se illis opposuerint, prout jam moli-  
 „ti sunt, præservabimus, & tuebi-  
 „mur.,

VI. „Mandamus, ut præfati nostri  
 „subditi ita conjuncti promittant, ac  
 „jurent, quod tam hos, quam illos sub-  
 „nostris auspiciis, & mandatis adver-  
 „sus horum hæreticorum, eisque ad-  
 „hærentium oppressiones, & violentias  
 „defensuri, ac protecturi sint.

VII. „Omnes præfati nostri subditi  
 „jurabunt, quod in fidelitate nobis de-  
 „bita vivere, & mori, ac sincere omnia  
 „sua

**Sæcul. XVI.****A.C. 1588.**

„sua bona , seque pro nostra , nostræque  
 „auctoritatis conservatione æque , ac  
 „bono prolium nostrarum , siquas nobis  
 „concedere Deo placuerit , contra , &  
 „erga omnes , nemine excepto expo-  
 „nere velint . „

VIII. „Jurabunt etiam prædicti no-  
 „stri subditi , cujuscunque dignitatis ,  
 „status , & conditionis fuerint , quod  
 „ab omnibus pæctis , fœderibus , com-  
 „liis , societatibus , & unionibus tam  
 „intra , quam extra Regnum ineundis ,  
 „quæ præsenti unioni , vel nobis , autre-  
 „giæ nostræ auctoritati , aut nostris Proli-  
 „bus , siquas nobis concedere Deo placue-  
 „rit , adversæ erunt , secedere teneantur ,  
 „sub pœna in nostris edictis statuta , adeo ,  
 „ut tanquam perjuri castigandi sint . „

IX. „Omnes illos , qui præsenti unio-  
 „ni subscribere recusaverint , aut pos-  
 „quam subscriperunt , ab ea recessuri  
 „sunt , ac juramentum hoc Deo , nobis ,  
 „que præstitum violaverint , rebelles ,  
 „nostrisque edictis repugnantes , læfa-  
 „que Majestatis reos esse declaramus ,  
 „urbes vero illæ , quæ præsenti manda-  
 „to sese opponent , omnibus privilegiis  
 „gratiis , & juribus , quæ eis a nobis  
 „nostrisque Prædecessoribus conceci-  
 „fuerunt , privatæ censeantur , si vero i-  
 „hifce urbibus supremæ cujusdam Co-  
 „riæ tribunal , vel sedes , aut tam pro-  
 „judicij

„judicij foro, quam pro ærario Ministri **Sæcul. XVI.**  
 „sint stabiliti, hæ Curiæ ad urbes nobis **A.C. 1588.**  
 „obtemperantes transferantur, prout no-  
 „bis pro bono, & subditorum nostrorum  
 „levamine expedire videbitur, „

X. „Ut præsens unio firma, ac con-  
 „stans, prout illam semper fore cupimus,  
 „reddatur, & tumultuum, præteritarum-  
 „que dissensionum memoria inter no-  
 „strros subditos Catholicos penitus obli-  
 „teretur, omnesque scintillæ, quibus  
 „discordiarum flammæ rursus accendi  
 „possent, penitus extinquantur, idcir-  
 „co in favorem, & pro bono pacis, atque  
 „Religionis Catholicæ, atque Aposto-  
 „lico-Romanæ augmento præsentibus  
 „hisce nostro chirographo munitis pro-  
 „fessi sumus, ac declaravimus, necnon  
 „profitemur, & declaramus, quod  
 „haud amplius ullo pacto in præteritas  
 „foederationes, societates, aut alia mo-  
 „limina, quæ nostri præfati subditi Ca-  
 „tholici inter se tam intra, quam extra  
 „Regnum forte agitarunt, inquiratur,  
 „cum hi nobis exposuerint, quod quic-  
 „quid moliti sint, id omne duntaxat ex  
 „zelo, quo pro Religionis Catholicæ  
 „conservatione flagrabant, egerint. „

Porro cetera hujus edicti capita non-  
 nisi omnium præteriorum veniam a Re-  
 ge concessam concernunt.